

notum facimus quod famulo nostro vesgotho auctoritate presencium potestatem committimus premium nostrum quod habemus in cumblum silicet quinque solidos terre in tres solidos terre cum dimidio in skrymistum commutandi cum reuerendo domino andrea preposito vpsalensi, volentes vt loco nostri in placo communi dicto domino andree preposito vpsalensi assignet testes qui wlgariter dicuntur fæstær secundum terre consuetudinem approbatam In cuius rei testimonium sigilla nostra abbatisse et conuentus presentibus sunt appensa. Datum sko anno domini M°. C°C°C°. IIII:to. quarto Jdus aprilis.

Sigillen skadade.

1424.

1304 d. 17 April.

Upsala.

Ärkebiskopen Nils Allessons och UPSALA DOMKAPITELS Fullmagt för Kaniken Olof, att som kyrkans ombud besöka Påliga stolen, med rättighet att upplåna ända till 200 mark silfver, som af dem skola betalas.

A. 2.

Omnibus Presentes Litteras Jnspecturis, NICOLAUS Diuina Miseracione Archiepiscopus, Totumque Capitulum Ecclesie vpsalensis salutem in domino sempiternam. Noueritis, Quod nos Reuerendo viro, Domino Olauo Canonico Ecclesie nostre, quem pro quibusdam nostris et Ecclesie nostre negocijs apud sedem apostolicam promouendis, ad sedem destinauimus eandem, ac ipsum propter hoc, nostrum et Ecclesie nostre procuratorem constitueramus, Damus et concedimus, nostro et Ecclesie nostre ac nostri Capituli nomine tenore presencium, plenam et liberam potestatem ac mandatum speciale, Contrahendi et Recipiendi mutuum, vsque ad ducentas marchas argenti puri et examinati, a quibuscumque creditoribus pro nostris negocijs in Romana Curia prosequendis, Dantes Eidem nostro et ecclesie nostre ac Capituli nostri procuratorj, plenam et liberam potestatem ac speciale mandatum obligandi propter hoc, Nos, (successores nostros *), et Ecclesiam nostram, et omnia bona nostra, (successorum nostrorum *) et Ecclesie nostre mobilia et immobilia Ecclesiastica presencia et futura, et promittendi, Quod nos, dictam pecuniam restituemus et restituj faciemus, loco, termino, et tempore statuendis cum omnibus dampnis expensis et interesse, Que uel quas, dicti credidores incurrerent, si in statutis loco termino et tempore predicta pecunia eis non fuerit persoluta, Neconon renunciandi in hoc, nostro nostrorum successorum dictorum et ecclesie nostre, omni Juris auxilio Canonici et Ciuilis,

*) Utstruket i originalet.

lis, Priuilegio fori, Beneficio restitucionis in integrum, Condicioni indebiti et sine causa, appellacionis remedio cuiuslibet tempore feriato, Juri reuocandi domum, Legi de quadrimestri tempore, Legi dicenti, generalem renunciacionem non valere Priuilegio cruce signatis et cruce signandis, concesso vel iterum concedendo, Excepcioni eciā Quod dicta pecunia, non sit in nostram, nostrorum successorum et ecclesie nostre utilitatem conuersa, Constitucioni de duabus dietis edite in concilio generali, Conuencionis locorum et Judicium omnibus litteris et indulgencijs apostolicis impetratis et impetrandi ac alijs quibusunque, et omnibus alijs excepcionibus, per quas, Nos et successores nostri et ecclesia nostra, possemus contra creditores eosdem in posterum quomodolibet nos tueri, Submittendi quoque Nos Jurisdicioni auditoris causarum camere domini pape, Suscipiendi et acceptandi sponte, omnes condempnaciones et excommunicacionis sentencias, quas per dictum auditorem contra nos fieri vel in Nos contingit promulgari, Jurandi in animas nostras, de obseruandis omnibus et singulis supradictis, et omnia alia et singula faciendi in predicto negocio, que veri et legitti procuratores facere possunt et debent, et que Nos ipsi faceremus seu facere possemus si Presentes essemus. Jnsuper damus eidem procuratori nostro potestatem per presentes et speciale mandatum, Predictam summam pecunie per ipsum mutuo receptam, erogandi et expendendi, pro dictis nostris negocijs et causis, prout sibi visum fuerit expedire. volentes, super erogatis et expensis per eundem, absque quavis alia prohibicione, stare simplici assercioni dicti sui, Ratum et gratum habituri, et inuiolabiliter obseruaturi, quicquid per dictum procuratorem et nuncium nostrum, factum fuerit in omnibus premissis et singulis Premissorum Jn cuius rei testimonium, Presentem litteram fieri, et sigillorum nostrorum munimine, fecimus roborari. Actum vpsalie. Anno Domini, Millesimo .CCC°. Quarto, XV°. kal. Maij.

Sigillet med dess remsa borta. I uppvecket finns 2:ne hål för sigillremor.

1425.

1304 d. 17 April.

Upsala.

Ärkebiskopen Nils ALLESSONS Fullmagt för Kaniken Olof af Forssa, att såsom hans och hans kyrkas ombud upptaga och qvittera de deposita och de fordringar, hvilka han hvarsomhelst kan ega, samt betala och mottaga qvittens för de skulder, för hvilka han möjligen skulle kunna häfta.

A. 6. a.

Omnibus Presentes Litteras inspecturis, NICOLAUS Miseracione Diuina archiepiscopus vpsalensis, salutem in domino sempiternam, Nouerit vniuersitatem. *Sv. Diplom. II.*